

annatas, id est, fructus primi anni, cum illud alicui confert, exposit.

Verum melius censent alii, hanc decimam decimam à Levitis datam fuisse, non soli pontifici, sed omnibus sacerdotibus. Alioquin enim pontifex valde dives, et sacerdos, utpote plurimus, valde pauperes fuissent. Ita docet Josephus, oculatus testis lib. 4 Antiqu. 4; et S. Hieron. in cap. 45 Ezech. et Philo libro de Honoribus sacerdotum in fine, atque ex iis Ribera lib. 5 de Templo, c. 2. Verisimile tamen est, ex hac decimam decimam, bonam partem, pro dignitate tantæ personæ cessisse pontifici.

VERS. 28. — QUORUM ACCIPTIS PRIMITIAS, id est, decimas; ita Chald. hæc enim celebrant Levitis: primitivæ vero propriæ dicte cedebant sacerdotibus, ut patet v. 11 et seqq.

VERS. 29 et 30. — OMNIA QUÆ OFFERETIS EX DECIMIS, ET IN DONARIA DOMINI SEPARABITIS, OPTIMA ET ELECTA ERUNT. Notent hoc Christiani ii, qui in decimis, primitiis, aliisque oblationibus vilissima dant Deo, ac proinde et vilissima ab eo recipiunt, meritoque frugum sterilitate et paupertate puniuntur, sicut puniti sunt Judei, ut testatur Malachias c. 1, 14; et cap. 2, 2; atque in simili casu eodem punitos esse, docet Augustinus cap. 1, v. 6 et sequent. E contrario Deus solventibus decimas tales, quales oportet, rependere solet fertilitatem. Audi S. August. hom. 48 inter 50: *Majores, inquit, nostri ideò omnibus copiis abundabant, quia Deo decimas dabant, et Cæsari censum reddebant: modo autem, quia discessit devotio Dei, accessit indictio fisci, noluitis cum Deo partiri decimas; modo autem totum tollitur, hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus.*

Et serm. 219 de Templo: *Hæc est Domini justissima consuetudo, ut si tu illi decimas non dederis, tu ad decimam reverteris.* Vide eum toto illo sermone.

VERS. 31. — QUIA PRETIUM EST PRO MINISTERIO QUO SERVIVIS IN TABERNACULO. *Pretium est*, hebr. scilicet laboris quo quasi famuli et hajuli, vos, o Levite, laboratis in portando, disponendo et dirigendo tabernaculo, etc. Hoc enim ministerium in se corporale erat, merebaturque pretium et mercedem corporalem: esto referretur ad finem spirituales, scilicet ad cultum Dei: quæ relatio spiritualis erat, nec vendi poterat sine simonia; secundo, *pretium*, id est, stipendium sustentationis: hoc enim etiam in lege novâ, ex justitia debitum est parochis, aliisque Ecclesie ministris.

VERS. 32. — NE POLLUTATIS OBLATIONES FILIORUM ISRAEL, quod faceretis, si, cum illi optimas decimas vobis dant, vos inde decimam partem pessimam selligatis, ut eam detis sacerdotibus: ET DOMINI, q. d.: Si id feceritis, occidimini à me. Unde patet, quam severe exegerit Deus, non tantum decimas, sed etiam ex illis meliora sibi offerri.

Circa hoc caput de decimis, nota primò, gentiles quoque suis diis perennes dedisse decimas. Id docet

Cicero lib. 5 de Naturâ deorum: *Herculi, inquit, quisquam decimam vocit unquam, si sapiens factus esset?* et Plautus: *Ut decimas Herculi solveret?* et Herodotus in Clio: *Siste, inquit, ad singulas portas aliquat ex tuis satellitibus custodes, qui velent exportari opes, ut earum decimæ Jovi necessario reddantur.* Hæc Cæsius ad Cyrum regem Persarum, et Xenophon: *Agis, inquit, Delphos profectus est, ac decimam Deo obtulit.*

Notat secundo Philo lib. de sacerdotum Honore, sacerdotibus perinde ac regibus, Dei judicio, tributa esse pendenda: unde judicio legis, sacerdotes æquiparari honore ac majestate regibus, imò præferri; nam regibus coactè et invitè tributa dant subditi: *Ad hæc gens (judaica), inquit, debuit pecuniam lubens gaudensque deponit, quasi non daret, sed acciperet, addens fastas ominationes et gratiarum actiones.*

Notat tertio S. Hier. in Malach. 5 primitias et decimas datas Levitis et sacerdotibus legis veteris, adumbrasse et prælusisse, quòd eadem dandæ essent sacerdotibus legis novæ; nam, ut ait Origen. lib. homil. 11: *Amplius est, ut qui Deum colit, et scilicet ejus ministros assistere altari, et verbo Dei, aut ministerio Ecclesie describere, de fructibus terræ quos dat Deus, solem suum producendo, et pluvias suas ministrando, primitias sacerdotibus non offerat; non enim videtur tuis anima Dei habere memoriam, nec cogitare, nec credere, quia Deus dedii fructus quos cepit.* Hinc jam olim romanum concilium sub Damaso sanxit, ut decimæ ac primitiæ a fidelibus darentur, et qui detrectarent, anathemate ferirentur. Quin et S. Chrysostom. homil. 45 in 1 ad Corinth. jubet ut auctores, aliique artifices, cum calceos, aliaque suæ artis vendunt aut emunt, decimam saltem pretii partem Deo offerant? Vix exempla?

Meliapore, in Indiâ, à Lusitanis inventum est templum et sepulcrum S. Thomæ apostoli, cui prisca litteris inscriptum erat, templum hoc à sancto Dei apostolo Thomâ quondam extractum esse; in templo tuendo colendoque mercium que in urbem importarentur decimam, ab Sagamo rege attributam: accesserat obstatio ad posteros, ne quid ex eo vectigali ac donatione immittunt vellent. Ita refert noster Maffæus lib. 8 hist. Indiæ. Cùm Carolus Martellus decimas Ecclesie in militum stipendia contra Saracenos convertere vellet, restitit ei S. Eucherius Aurelian. episcopus, ideòque ab eo in exilium relegatus est, ut habet Joannes Molanus doctor Lovan. in annal. Sanctorum Belgii, 20 februarii. Cùm S. Stephanus Hungaricæ rex Hungaros debellasset et convertisset ad fidem, mox ab eo manubiæ S. Martino, qui fuit Hungarus, cujus invocatione victoriam obtinuerat, et decimæ Ecclesie addictæ sunt, ut patet ex ejus Vita, quæ extat apud Surium 20 augusti c. 4 et 5.

Audi quid de Daniâ referat Joannes archiepiscopus Upsalensis in hist. Gothor. lib. 18, 15. Saxo Grammat. lib. 11 hist. Danor. Mariyrol. Usuardi 6 Idus Julii, Joannes Molanus orat. 2 et 3 de Decimis, Jacobus Meyerus lib. 5 hist. Flandror. anno Christi 1088. Canutus rex cùm summo ac pio studio contenderet, ut Christi ministris liberalitas et commoditas de decim

mis et primitiis provideretur, insigni cujusdam Blacconis perfidiâ traditus, ab insanâ plebe trucidatur. Quo facto tanta frumentorum penuria universam Daniâ invasit, ut maxima populi pars alimentorum inopis, inediâ consumeretur. Enimverò abundè seges finitimis erat, ut privata gentis, non publica terrarum ultio videretur. Nec prius Danicis agris fecunditas restituta est, quam populus ad cor conversus penitentiam ageret, se tam sanctum regem occidisse, qui tam justa et honesta pro Christi ministris postulasset. Jamque experimento didicerant se justè novem frumentorum partes amisisse, qui decimam ex eis Deo et Dei ministris reddere noluisset.

De Polonis refert Longinus Cracoviensis Canonici, et ex eo Baronius tomo 11, anno Christi 1022, quòd, cùm nonnulli eorum nobiles ob onerosam decimarum solutionem à Christianismo resiliire, et ad gentilismum redire, ideòque decimas non solvere, nec Ecclesias frequentare, sed sacerdotes de Ecclesiis perdere cogitarent; Boleslaus pius rex auctores sceleris comprehenderit, eosque partim morte, partim verberibus muletari.

De Italis refert ex Crantzio, Usuardo et aliis Joannes Molanus 29 novemb. S. Bellinum episcopum Paduanum, cùm divitem quendam nomine Thomam Capivacium cogeret ad solvendas decimas, ab eo in itinere interfectum, atque cùm post mortem miraculis multis claresceret, ab Eugenio IV catalogo Martyrum adscriptum esse: homicidam autem à Deo punitum, ad summam egestatem redactum, et ab omnibus derelictum, in carcere miserè vitam finisse: posteros verò ejus templum in honorem S. Bellini Deo dicatum nun-

## CAPUT XIX.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens:
2. Ista est religio victimæ quam constituit Dominus. Præcipe filiis Israel, ut adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portaverit jugum:
3. Tradetisque eam Eleazaro sacerdoti, qui educam extra castra, immolabit in conspectu omnium:
4. Et tingens digitum in sanguine ejus, asperget contra fores tabernaculi septem vicibus,
5. Comburetque eam cineris videntibus, tam pelle et carnibus ejus, quam sanguine et fimo flammæ traditis.
6. Lignum quoque cedrinum et hyssopum, coccumque his tinctum sacerdos mittet in flammam, quæ vaccam vorat.
7. Et tunc demum, lotis vestibus et corpore suo, ingredietur in castra, commaculatusque erit usque ad vesperum.
8. Sed et ille qui combusserit eam, lavabit vestimenta sua et corpus; et immundus erit usque ad vesperum.
9. Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, et effundet eos extra castra in loco purissimo, ut sint constituturæ filiorum Israel in custodiam, et in aquam aspersions: quia pro peccato vaccæ combusta est.

quam ingredi potuisset, quin et paulò post omnino defecisset.

De Scois scribit Hector Boetius lib. 15, et Joan. Magic. lib. 4 de gestis Sctor. c. 10, Catanensis episcopum suum Adamum, decimas de more exigentem, et ad eas anathemate cogentem, in culinâ ejus combussisse; id audiens rex Scotiae Alexander, collectis copiis, auctores sceleris comprehendit, et supra quadringentos extremo supplicio affecit: Comitem verò Catanensem, quòd Adamo opem ejus invocanti non succurrisset, comitatu privavit. Sed Deus gravis eum punivit, nam famuli ejus, quòd eos asperitè æquo tractasset, post paucos annos noctu trucidatum, ac in grabatum impositum (quò facinus occultum maneret) accensis edibus concremârunt. Perit ergo ille eodem supplicio edibus, quo sui Adamum episcopum affecerant.

De Saxonibus audi Lambertum Scafnaburg. anno Christi 1059. Halberstadtensis episcopus Bercardus, decimationes Saxonia, quæ ad monasterium Hersfeldense pertinebant, sibi vendicabat ratione episcopatus regimini. Abbas ejus cœnobii Maginherus jubet episcopo per Fredericum Palatinum indicari, cùm ad furta restitutum nullo jure adduci posset, brevi instare tempus, quo coram Deo esset hæc causa judicanda. Moritur paulò post abbas, et cum episcopus ejus rei gratiæ synodum indixisset, in itinere lapsus de equo domum relatus est: ubi tum suos domesticos, tum episcopos se visitantes rogavit, ut decimas istas absque morâ cœnobio restituerent, se enim injustitiam penas jam lueret.

De Noricis fame punitis ob non solutas decimas, dicam Deuter. 14 in fine.

## CHAPITRE XIX.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse et à Aaron, et leur dit:
2. Voici la cérémonie de la victime qui a été ordonnée par le Seigneur, pour l'expiation des péchés: Commandez aux enfants d'Israël de vous amener une vache rousse, qui soit dans la force de son âge, et sans tache, c'est-à-dire sans défaut, et qui n'ait point porté le joug:
3. Et vous la donnerez au prêtre Eleazar qui, l'ayant menée hors du camp, l'immolera devant tout le peuple:
4. Et, trempant son doigt dans le sang de cette vache, il en fera sept fois les aspersion, en se tournant vers la porte du tabernacle,
5. Et il la brûlera à la vue de tous, en consumant par la flamme, tant la peau et la chair, que le sang et les excréments de l'hostie.
6. Le prêtre jettera aussi dans le feu qui brûle la vache, du bois de cèdre, de l'hysope, et de l'écarlate teinte deux fois.
7. Et enfin, après avoir lavé ses vêtements et son corps, il reviendra au camp, et il sera impur et séparé des choses saintes jusqu'au soir.
8. Celui qui aura brûlé la vache lavera aussi ses vêtements et son corps, et il sera impur jusqu'au soir.
9. Un homme qui sera pur, recueillera les cendres de la vache, et les mettra hors du camp en un lieu très-pur, afin qu'elles soient gardées avec soin par tous les enfants d'Israël, et qu'elles leur servent à faire une eau d'aspersion; parce que la vache a été brûlée pour le péché.

10. Cùmque laverit, qui vacca portaverat cineres, vestimenta sua, immundus erit usque ad vesperum. Habebunt hoc filii Israel et advena, qui habitant inter eos, sanctum iure perpetuo.

11. Qui tetigerit cadaver hominis et propter hoc septem diebus fuerit immundus :

12. Aspergetur ex hac aqua die tertio et septimo, et sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit emundari.

13. Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticium, et aspersus hac commixtione non fuerit, pollut tabernaculum Domini, et peribit ex Israel : quia aqua expiationis non est aspersus, immundus erit, manebit spurcitia ejus super eum.

14. Ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo : Omnes qui ingrediuntur tentorium illius, et universa vasa que ibi sunt, polluta erunt septem diebus.

15. Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit.

16. Si quis in agro tetigerit cadaver occisi hominis, aut per se mortui, sive os illius, vel sepulcrum, immundus erit septem diebus.

17. Tollente que de cineribus combustionis atque peccati, et mittent aquas vivas super eos in vas :

18. In quibus cùm homo mundus tinxerit hyssopum, asperget ex eo omne tentorium, et cunctam suppellectilem, et homines hujuscemodi contagione pollutos :

19. Atque hoc modo mundus lustrabit immundum tertio et septimo die : expiatusque die septimo, lavabit et se et vestimenta sua, et immundus erit usque ad vesperum.

20. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Ecclesie, quia sanctuarium Domini pollut, et non est aqua lustrationis aspersus.

21. Erit hoc præceptum legitimum sempiternum. Ipse quoque qui aspersit aquas, lavabit vestimenta sua. Omnis qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit usque ad vesperum.

22. Quidquid tetigerit immundus, immundum faciet : et anima, quæ horum quippiam tetigerit, immunda erit usque ad vesperum.

## COMMENTARIUM.

VERS. 2. — ISTA EST RELIGIO (id est, ceremonia, sive lex ceremonialis : hanc enim significat Hebr. *chucka*) VICTIMÆ, scilicet expiatiæ, ex cujus nimirum cineribus *pat* aqua lustrationis.

ADDUCANT AD TE VACCAM RUFAM. Rufus, sive sanguineus color symbolum esse peccati ; idque ex eo, quod effusio sanguinis, sive homicidium maximum sit peccatum, hinc peccata in Script. vocantur *sanguines*, et *virri sanguinum* vocantur peccatores. Vacca ergo rufa significabat peccatorem reum esse sanguinis et mortis, æquæ ac combustionis igne gehennæ ; hæc enim vacca comburebatur, ut ejus cineribus lustraretur et expiaretur immundus, qui tetigerat mortuum : hic autem erat typus peccatoris ; contactus enim morticium significabat contactum peccati.

10. Et lorsque celui qui aura porté les cendres de la vache aura lavé ses vêtements, il sera impur jusqu'au soir. Cette ordonnance sera sainte et inviolable par un droit perpétuel, qui sera observé par les enfants d'Israël, et par les étrangers qui habitent parmi eux.

11. Celui qui, pour avoir touché le corps mort d'un homme, en demeurera impur pendant sept jours,

12. Recevra l'aspersion de cette eau, le troisième et le septième jour, et il sera ainsi purifié. Que s'il ne reçoit point cette aspersion le troisième jour, il ne pourra être purifié le septième, et il demeurera impur durant sept autres jours.

13. Quiconque ayant touché le corps mort d'un homme, n'aura point reçu l'aspersion de cette eau ainsi mêlée, souillera le tabernacle du Seigneur, s'il est assez hardi pour s'en approcher, et il périra du milieu d'Israël ; il sera impur, parce qu'il n'a point été purifié par l'eau d'expiation, et son impureté demeurera sur lui et le fera périr.

14. Voici la loi pour un homme qui meurt dans sa tente : Tous ceux qui seront entrés dans sa tente, et tous les vases qui s'y trouveront, seront impurs pendant sept jours.

15. Le vaisseau qui n'aura point de couvercle, ou qui ne sera point lié par-dessus, sera impur, aussi bien que tout ce qu'il contient.

16. Si quelqu'un touche dans un champ le corps d'un homme qui aura été tué, ou qui sera mort de lui-même, ou s'il en touche un os, ou le sépulcre, il sera impur pendant sept jours.

17. Ils prendront les cendres de la vache brûlée pour le péché, et ils mettront de l'eau vive par dessus ces cendres, dans un vaisseau ;

18. Et un homme pur y ayant trempé de l'hyssope, il en fera les aspersion sur toute la tente, et sur tous les meubles, et sur toutes les personnes qui auront été souillées par cette sorte d'impureté ;

19. Et ainsi le pur purifiera l'impur, le troisième et le septième jour ; et celui qui aura été purifié de la sorte le septième jour se lavera lui-même, et ses vêtements, et il sera impur jusqu'au soir.

20. Si quelqu'un n'est point purifié en cette manière il périra du milieu de l'assemblée, parce qu'il a souillé le sanctuaire du Seigneur et que l'eau d'expiation n'a point été répandue sur lui.

21. Cette ordonnance est une loi qui se gardera à perpétuité. Celui qui aura fait les aspersion de l'eau lavera aussi ses vêtements. Quiconque aura touché l'eau d'expiation sera impur jusqu'au soir.

22. Celui qui, devenu impur par l'attouchement d'un corps mort, sera impur durant sept jours, rendra impur tout ce qu'il touchera. Et celui qui aura touché quelqu'une de ces choses, sera seulement impur jusqu'au soir.

ÉTATS INTÈGRES, hebr. *perfectam*, quod nos Interpres commodè de perfectione ætatis, ac consequenter stature et molis accepit : nam integritas corporis sequenti conditione exprimitur, quæ dicitur : IN QUÆ NULLA SIT MACULA videlicet nullum vitium corporis ; hæc enim phrasi non significatur macula coloris, sed deformitatis, ut patet Levit. 22, 22.

NEC PORTAVERIT JECUM. Neque enim deest servisse homini victimam hæc, quæ serviet Deo ad hominum expiationem.

Hanc vaccam valde verisimile est, non tantum in Chanaan, sed etiam in deserto immolatam esse, idque ad purificationem leprosorum, seminiferorum, et menstruarum, sed maxime ad purificationem Levitarum et sacerdotum, qui tabernaculum adire, tangere

et portare debebant. Hoc enim facere non poterant, si erant immundi : non est autem dubium, quin in deserto sepe Levite immunditiam, tum ex funericibus, tum aliunde contraxerint : illa ergo hæc victimâ, id est, aquis lustrationis ex cineribus hujus victimæ confectis, expiari debebat.

VERS. 5. — TRADITUSQUE EAM ELEAZARO SACERDOTI, QUI EDUCATAM EXTRA CASTRA IMOLABIT, quia hæc victimâ non erat solemnitas et festiva, ut Aaron pontifex illam immolaret, sed Iugubris et Iustralis ; unde eam immolare jubetur Eleazar sacerdos, Aaronis filius. Porro hæc eam immolare jubetur *extra castra* : quia immolanda erat pro peccatis totius populi, ut scilicet tota cremaretur usque ad cineres, qui essent expiatorii, sive ex quibus cum aqua commixtis, fieret aqua expiationis. Unde hæc vacca, quasi susceptura in se omnes immunditias Hebræorum, censebatur valde immunda : nam sacerdos, qui eam immolabat, censebatur immundus usque ad vesperum, uti et ille, qui cremabat eam et colligebat cineres ejus. Hinc extra castra jubetur immolari et comburi ; simul ut per hoc allegoricè significaretur, Christum extra Jerusalem passurum, ut ait Apostolus Hebr. 13, 12. Septuag. vertunt : *Et jugulabunt eam coram eo*, Eleazaro scilicet, quasi non ipse Eleazar, sed alii coram eo hanc vaccam immolare deberent. Verum Hebr. Chald. et noster significant, non alium quam ipsum Eleazarum, hanc vaccam immolasse.

VERS. 4. — ET TINGENS DIGITUM IN SANGUINE EIUS, ASPERGET CONTRA FORÈS TABERNACULI, puta versus ingressum tabernaculi, idque eminens, immolans enim hanc vaccam, non erat in atrio, vel tabernaculo, ut illud posset contingere, sed erat extra castra, ibique vitule immolate sanguinem aspergens, obvertebat se versus orientalem partem tabernaculi, idque ut per hoc significaretur, Deo qui tabernaculo, quasi templo, representabatur, lustrationem à peccatis fieri, illique nos immunditias et peccatis nostris ad penam obstringi, atque per hanc victimam illi quasi satisfieri, hominesque reatu hoc apud illum exsolvî. Hinc patet immolationem et combustionem hujus vacce rufæ, in terrâ Chanaan debuisse fieri eo loco, ubi erat templum, puta Hierosolymæ, sed extra urbem : tum quia hæc immolatio erat functio sacerdotalis, quæ non poterat fieri alibi, quam ubi erat templum : tum quia ex sanguine hujus vacce debebant aspergere septies versus orientalem partem tabernaculi, vel templi ; unde non poterant longè ab eo abesse in hæc immolatione ; ita Abul.

Allegoricè, vacca rufa, inquit Theodor. hæc quæst. 56, et S. August. q. 53, et Rabanus, significat corpus terrenum secundi Adami, scilicet Christi Domini, quia nomen Adæ dictum est ab Adamâ, id est à terrâ rubrâ, ex qua corpus ipsius formatum est ; sexus feminæ significavit infirmitatem carnis : ætas integra et libera significat perfectam ætatem et staturam, æquæ ac libertatis Christi ; hæc ab Eleazaro, id est, à Judæis immolata est ; lignum cedrinum est figura crucis, coccinum sanguinis, hyssopus gratiæ vivificantis.

Tropologicè, vaccam rufam mactamus, cum carnem à lascivâ sine voluptatis extinguimus, quam cum hyssopo ; lignoque cedrino ac cocco offerimus ; quia cum maceratione carnis sacrificium fides, spes et charitatis adolemus. Hyssopus quippe interna nostra mundare consuevit ; et per Petrum dicitur (Actor. 15) : Fide mundans corda eorum. Lignum cedrinum nullâ putredine deficit : quia spes caelestium terminus consumit. Unde et per Petrum dicitur (1 Petri 1) : Regeneravit nos in spem vitam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem. Coccus verò rubro colore flammescit : quia quem implet charitas, incendit. Unde et in Evang. veritas dicit : Ignem veni mittere in terram. Sed bis tinctus coccus offerri præcipitur : ut videlicet ante interni judicis oculos, charitas nostra, Dei et proximi dilectionis coheretur : quatenus conversa mens nec sic pro amore Dei quietem diligit, ut curam proximi utilitatem postponat, nec sic pro amore proximi occupationi inseruiat, ut quietem funditus deserens, ignem in se superi amoris extinguit. Hucusque S. Gregorius, 6 Moral. 25.

VERS. 5. — COMBURETQUE EAM, non per se, sed per suos : comburet ergo, id est, comburi faciet (patet v. 8) eam, totam cum pelle, carnis, sanguine et fimo, ut sequitur.

VERS. 6. — LIGNUM QUOQUE CEDRINUM, ET HYSSOPUM COCCINQUE BIS TINCTUM SACERDOS MITTET IN FLAMMAM. Quia hæc erant expiatoria : causas, ob quas cedrus, hyssopus et coccus adhibita sint ad expiationem et ad victimam expiatiæ, dedi Levit. 14, v. 4 et 5.

VERS. 7. — COMMACCLATUSQUE ERIT, immundus erit legaliter. Nota. Sacerdos immolans, et alius comburens vaccam rufam, erant immundi usque ad vesperum : quia vacca hæc, dum comburebatur cum fimo, pelle et sanguine, erat aliquid immundum, uti erat cadaver hominis, vel morticina aliorum animalium ; ideo mundos eam tangentes faciebat immundos ; postquam verò combusta esset, cineres ejus habebant vim expiandi immundos legaliter. Deo ita ordinante. Riticulum enim est, quod ait Rabbi Caon apud Abulens. quæst. 14, scilicet, cineres hujus vacce fuisse instar mellis, quod nocet cholericis, et prodest phlegmaticis ; sic enim et cinerem hunc alios inquinasse, alios emundasse.

VERS. 9. — COLLIGET AUTEM VIR MUNDUS CINERES VACCÆ (combustæ) ET EFFUNDET EOS EXTRA CASTRA IN LOCO PERMISSO, UT SINT MULTITUDINI FLOREM ISRAELIN CUSTODIAM, scilicet diligenter custodiatur cinis hujus vaccæ à filiis Israel, ut sit in aquam ASPERSIONIS, hebr. est in aquam immunditior, quæ scilicet se ab immunditiam legali expient ; unde sequitur : QUI PRO PECCATO VACCÆ COMBUSTA EST. Hebr. quia vacca hæc est peccatum, id est, est victimâ expiatiæ peccati.

Hinc verisimile est cineres hos vitule rufæ in terrâ Chanaan ex Hierosolymis, ubi immolata et cremata erat, delatos fuisse ad singula oppida, ut singuli contractâ immunditiâ, purificationem ad manum haberent. Sic legitimus Joan. 9 in Canâ Galilææ postea fuisse sex hydrias, ad purificationem. Hydriæ enim

he continebant aquam lustrationis : perinde ac apud nos chrisma, ab episcopo in Cathedrali Ecclesia consecratum, ad singulas episcopatus parvas transmittitur et deferitur. Erat enim per cinerem hunc communis omnium immunditiarum expiatio (licet in multis casibus, aliis insuper egrent purificationibus, et lotione vestium, vel etiam corporis totius); nam aliqui multae immunditiae fuisse sublate sine purificatione, ut v. g. contactus animalium immundorum : hinc enim nulla alia lustratio praescribitur Levit. 11, v. 45 et 44, et quia Apostolus Hebr. 9, 15, generalem carnis emundationem huic cineri attribuit.

Contrarium tamen non est improbabile scilicet cinerem vitulae rufae tantum expiasset immunditiam contractam ex contactu mortui; nam hoc tantum hic exprimitur. Ita Abulens, q. 45.

Nota. Hic erit rursus purificandi, et expiandi, ut colligitur vers. 49. Cinerem hunc vitulae rufae iungebant in hydriam, vel vas aliud plenum aqua viva, v. g., fontana. Deinde, alius quispiam mundus hac aqua aspergebat immundum, sed ita, ut ipse adhuc usque ad solis occasum censeretur immundus.

Allegoricè, haec aqua cineralis et lustralis fuit typus sanguinis Christi. Nam, si cinis vitulae aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatam Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortui, ad servendam Deo vitam? ait Apostolus Hebr. 9, 45.

Rursim, aqua haec cineralis et lustralis significabat aquam nostram lustralem, sive benedictam, quae unum ad expiationem peccatorum veniunt. Nam, ut rectè argumentatur Alexander primus Pontifex, qui fuit sextus à S. Petro, epistol. 1 ad omnes orthodoxos, si cinis vitulae aspersus populum sanctificabat atque mundabat, quanto magis aqua, quae sale aspersa, divinisque precibus sacra est, populum sanctificat atque emundat?

Scribit Clemens Rom. lib. 8 Constit. Apostol. cap. 55, S. Mattheum usum aquae benedictae instituisse, ritumque benedictionis ab eo praescriptum recenset. Vim verò et fructum benedictionis huius Deus multis declaravit miraculis. Nam S. Chrysost. aquam benedictam, eaque aspergens filium aegrum, eum sanum patri reddidit, ut habetur in ejus Vita. S. Quintianus anno Christi 506, episcopus Arvernae civitatis, filium Hortensii senatoris validè febrè correptum sanavit, mittendo ad eam aquam benedictam; testis est Greg. Turonens. in ejus Vita. S. Fortunatus cuidam Gotho per aquam benedictam coxam fractam integratè restituit, ut refert S. Gregor. 1 Dial. c. 10. S. Machias Hibern. Episcopus filium regis Scotiae, et mulierem canero laborantem aqua benedicta sanavit, uti refert S. Bernard. in ejus Vita. S. Odilo abbas Cluniacensis anno Domini 1048, lunaticum aqua lustrali curavit, ut refert Petrus Damianus in ejus Vita. S. Anselmus anno Domini 1106, caeco per aspersionem aquae benedictae visum restituit; ut refert Edmerus in ejus Vita lib. 2. S. Willebrordus episcop. Ultra-

jectinus anno Domini 700, per eandem domum à vexatione demonum liberavit, uti refert Albinus Flaccus in ejus Vita. Magicae praestigias Judaeorum per aquam benedictam dissipavit Iosephus ex Iudaeo Christianus, anno Domini 527, uti ex Epiphano refert Baronius. S. Marcellus Apanese episcopus demonem impediendum demolitionem templi Jovis Apaneni, aqua benedicta fugavit, templumque deiecit, ut refert Theodor. lib. 5, cap. 24, et Baron. anno Christi 589. Audi quid de hac aqua sensoris S. Hebertus Leodiensis episc. anno Christi 760 : *Vnde, inquit, aqua, quae sacerdotali consecratione sale admixto benedicta, et ad effugendam inimici nequitiam orationis virtute impregnata est, liquorque olim videlicet Apostolice auctoritate benedictus hinc inferatur, quorum aspergine atque lituræ mox ita effugabuntur hinc inimici virtutem phantasmatum, ut amplius non audeat sua inferre machinationem.* Ita habet ejus Vita, quae extat apud Surium 5 Novemb.

Leo VI imper. stripsit librum de Apparatu belli, ubi cap. 15 ita scribit : *Prædixit enim dicitur quod praesidium est inendum, curare debet dux exercitus, per sacerdotem universum exercitum, et sic ita est, aqua lustrali expiari; refert hoc Baronius anno Domini 911.* Hoc seculo in Indiis per aquam hanc mira facta sunt et fiunt. In Japone curantur passim agroti ubi aquam hanc hauserint, ut patet ex epist. Japonicis.

VERS. 10. — HABEBIT HOC FILII ISRAEL, etc., SANCTUM JURE PERPETUO. Sanctum, id est, firmiter et inviolabile, quasi legem jure perpetuo sanctam; patet ex Hebræo.

VERS. 11 et 12. — QUI TETIGERIT CADAVER HOMINIS, ET PROPTER HOC SEPTEM DIEBUS FUERIT IMMUNDUS, ASPERGETUR EX HAC AQUA DIE TERTIO ET SEPTIMO, ET SIC MUNDABITUR. Cur septem diebus erat immundus? Cur die tertio et septimo erat lustrandus? Respondet Aben Ezra, quia luna in septem diebus, facit quadraturam cum sole à tempore conjunctionis. Nam luna 28 diebus peragitur suum cursum, et ad solem à quo recesserat, redit : pars autem quarta 28 sunt septem; rursim, tria sunt quasi dimidium huius quadraturae, puta septem; quia enim luna, quae est humidior, et ista aspersio fiebat in aqua, quae est humida, hinc volebat Deus, quod tunc luna in eandem indueret, ad hoc, ut haec aspersio proficeret. Sed haec sunt frivola, et lunaticae mentis commenta. Vera causa fuit voluntas Dei, ita ordinans : congruentia fuit, quod septenarius sit symbolum perfectionis; in cuius medio, puta die tertio, et fine, puta die septimo, volebat Deus immundum lustrari, ut plena et perfecta censeretur esse lustratio.

Hanc lustrationem initiati sunt gentiles; quotquot enim in funere, comburendoque cadavera ad regnum tantisper expectassent, dum collectis conditisque reliquiis funeri finis fieret, non ante à lugubri hoc officio discedebant, quam aqua ter essent lustrati, propter contractam à funere pollutionem. Id docet Virgil. rituum scientissimus in funere Miseni, Aeneid. 6 :

*Ossaque lecta cado lecti Chorinea aheni.*  
*Idem ter socios pura circumtulit unda,*

*Spargens rore levi et ramo felix oliva.*

Ubi et aspergitur meminit, quod è rore marino et oliva felix constat.

VERS. 15. — OMNIS QUI TETIGERIT HUMANE ANIMAE MORTUUM (cadaver) ET ASPERSUS HAC COMMIXTIONE (id est, hac aqua lustrationis, cum cineribus vitulae rufae commixta) NON FUERIT; POLLEAT TABERNACULUM DOMINI, quantum in se est, illud si videlicet ingrediatur pollutus et immundus existens, antequam hac aqua lustrationis se expiet, hinc ob violatum sanctuarium, PERIURUS EX ISRAEL, id est, occidetur à iudicibus, si res constat; sin sit occulta, me vindicet in mortem improvisam incurrat. Ita Abulens.

VERS. 14. — ISTA EST LEX HOMINIS (de homine, circa hominem) QUI MORIETUR IN TABERNACULO: OMNES QUI INGREDIANTUR TENTORIUM ILLIUS, ET UNIVERSA VASA, quae ibi sunt, POLLEATA ERUNT SEPTEM DIEBUS. Ex hoc loco Iudaei istam consuetudinem sibi induxerunt, ut quando aliquis moritur in domo, omnem aquam quae erat domi in vasis, effundant extra domum; quia iudicant eam immundam. Alii simpliciores id etiam agunt ex eo, quod potent animam de corpore recedat egressam, lavari in aqua domus, et illam suo contactu inficere. Adiant alii, angelum mortis, id est, Satanam, gladium suum, quo illum hominem interfecit, in eà aqua rursim lavare. Sed posterior hoc utrumque est ridiculum: prius probatum est, et ex hac lege faciendum, si vas non esset cooperatum; tunc enim conquinabatur, ut dicitur vers. 13; sin esset cooperatum, non conquinabatur moriente homine, ideoque non erat necesse aquam eo contentam effundi; ita Abulens.

VERS. 15. — VAS QUOD NON HABUERIT OPERCULUM, NEC LIGATURAM DESUPER, IMMUNDUS ERIT. Nam, uti moraliter explicat S. Greg. 25 Moral. c. 9: *Tegmen operculi vel ligatura est censura disciplinae: quae quisquis non premitur, quasi vas immundum pollutumque reprobat.*

VERS. 16. — SI QUIS IN AGRO TETIGERIT CADAVER, etc., SIVE OS ILLIUS, VEL SEPULCRUM, IMMUNDUS ERIT SEPTEM DIEBUS. Summa apud Iudaeos immunditia erat cadaverum, adeo ut tangentes sepulera, essent immundi septem diebus. Hinc ipsi sepulera habebant, non iuxta templum, nec in urbis, ne in ea incurrendo polluerentur, sed extra eas (ut patet Luc. 7, 12, et Joan. 19, 41 de sepulcro Christi) in agris et locis separatis. Hinc etiam Josias rex volens idololorum templa profanare, et omnem religionem locis adimere, mortuorum ossa in illa iutalit, 4 Reg. 25, v. 14.

Si et gentiles non in urbe, sed extra suos sepeliebant, tum ne aer in urbe ex fetore cadaverum putreficeret, tum ne funestarentur sacra civitatis, ut ait Paulus 1. 2 Recep. sentent. tit. 24, et ne sanctum municipiorum jus pollueretur, ut inquit Dioctetianus et Maximianus in suo hoc de re rescripto: *putabant enim Romani, alique gentiles, quidquid diis superis sacrum esset, id vel solo aspectu, aut contactu rei funesta contaminari.* Sed nec funere polluti sacrificare fas erat: quare si utrumque ex causa gravi cuiquam facien-

dum esset, elaborabat, ut ante sacra efficeret, quam funis agnosceret. Unde etiam Horatius Pulvillus in Capitolii dedicatione, cum ab iniciis ejus filius nuncflaretur extinctus, ait: *Cadaver sit, nec soluit funis agnosceret, donec templa dedicaret,* inquit Servius in 40 Aeneidos. Similis fuit ritus Graecorum, ut patet ex Luclano de Dea Syria.

Denique insupulatum omen erat, si quis forte in sepulera incidere. Audi Livium lib. 50: *Jussus è navitis unus ascendere in miltum, ut specularetur, quam tenerent regionem; cum dixisset, sepulcrum dirutum proram spectare, abominatus, scilicet Hannibal. Ex eodem ritu manavit, quod deus Viduus ab eis extra urbem eolebatur, testa S. Cypriano lib. de Vanitate idololorum: In tantum, inquit, deorum vocabula apud Romanos finguntur, ut sit apud illos et Viduus deus, qui animà corpus videt, qui quos ferulis et favebris intra naves non habetur, sed foris collocatur.* Perstringit hanc veterum superstitionem Theodor. lib. 8 de Curan. Graec. affect.

Secus se res habet apud Christianos, qui sepulera juxta Ecclesias habent, ut orent pro defunctis, utque mortis et resurrectionis imaginem et spiritum perpetuo ob oculos habeant.

Tropologicè, cadavera sunt peccata. Hinc S. Paulus Hebr. 9, v. 14, peccata vocat *opera mortua*. Unde Chrysost. hom. 45 in Joan.: *Si quis, inquit, tangat olim mortuum, contaminabitur; et sic si quis tetigerit opus mortuum, id est, peccatum, inquinatur per conscientiam.* Idem. *Si enim qui corpus mortuum tangebat, non oportebat intrare in templum: quanto magis qui mortua opera habet? contaminatio enim est pessima; statim ergo per confessionem se eluat, nec iterum tangat mortuum, id est, ad peccatum non redeat.* Et rursim: *Dicitur, inquit, quia pestis, cum generatur, corrumpit corpora: tale est peccatum, à peste nihil differt; non quia aeterni corrupti primam, deinde corpora; sed quia continuo in animam transit, etc.* Quid vomitu turpiss excogitari potest, aut foedius et horribilius ad edendum? Talis est qui redit ad peccatum. Unde Prover. 26: *Sicut, inquit, canis qui revertitur ad vomitum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam.*

VERS. 17. — TOLENTQUE DE CINERIBUS COMBUSTIONIS, ATQUE PECCATI (id est, vitulae combustae pro peccatis legalibus expiandi) HINC ENIM VITULA HIC VOCATUR PECCATUM, METONYMICè ET DIFFERENT AQVAS VIVAS SUPER EOS CINERES. Aque vivae sunt quae moventur et flunt, uti fontanae et fluviales; mortuae sunt, quae stant, et stagnant.

VERS. 20. — SI QUIS HOC RITUM NON FUERIT EXPIATUS, PERIURUS ANIMA ILLIUS. Nota. Immunditia haec tangens cadaver durabat tantum septem dies, quibus elapsis per se expirabat et cessabat, inquit Abulens. Hoc enim est quod dicitur v. 16: *Immundus erit septem diebus.* Verum contrarium est verius, scilicet non cessasse hanc immunditiam, nisi per expiationem aquae cineralis. Nam v. 45, dicitur: *Qui aqua expiationis non est aspersus, immundus erit, et manebit spurcius ejus super eum.* Debebat ergo immundus hac aqua cinerali

se expiare: quòd si contemneret, puniebatur morte, ob violatam Dei legem, vel à iudicibus, si res constaret: vel à Deo ipso, si res esset occulta. Sin per oblivionem omisisset hanc sui expiationem, illiusque postmodum recordatus fuisset, tenebatur offerre sacrificium pro delicto suo præscriptionem Levitici 3, v. 5 et 6, si non recordaretur, non imputabatur ei ad poenam. Ita Abulens.

Notat Abulens. quæst. 21, Judæos nullas amplius expiationes servare, nec iis obligari, etiamsi perstent in iudaismo et conscientia suâ erroneâ, quâ putant se legibus veteribus adhuc teneri. Nam istæ expiationes præscriptæ erant in ordine ad sanctuarium, ut scilicet illud non adirent nisi mundi aut expiati: jam autem nullum habent sanctuarium. Secundò, quia hæc vitula rufa, ex quâ fiebat aqua lustrationis, debebat immolari à sacerdote, eo loco ubi erat templum, sanguisque ejus versus templum aspergi: jam autem nec habent sacerdotes, nec templum; unde non possunt hæc vitulam rufam immolare. Eadem de causâ, lustrationes hæec non servarunt Judæi in captivitate Babylonicâ: in eâ enim conversum fuit templum.

VERS. 21.—OMNIS QUI TETIGERIT AQUE EXPATIONIS, IMMUNDUS ERIT USQUE AD VESPERUM. *Omnis*, ergo et aspergens immundus, imò et ipse aspersus hæc aquâ, mundabatur quidem ab immunditiâ priori, v. g., cadaveris, sed aliam ex contactu hujus aquæ contrahabat, quâ censebatur immundus esse usque ad vesperam, ut patet vers. 19; ita Abulens. Erat ergo hæc aqua expiatrix, et similia immunda; perinde ut lixivium, licet sit immundum, pannos tamen emundat.

VERS. 22.—QUIDQUID TETIGERIT IMMUNDUS, IMMUNDUM FACIET. *Immundus*, non legaliter: sic enim immunditiâ hæc pervasisset statim omnes Judæos: sed naturaliter, ut erant soli leprosi, seminifidi, et menstruatæ. Quidquid enim hi tangebant, hoc faciebant immundum: sed si quis hæc immunda ulterius tetigisset, non idèò fiebat immundus, ut dixi in Levitico. Ita Abulens. Verùm, quia de leprosis, seminifidis et menstruatæ hic non agitur, nec de eis ulla hoc capite facta est mentio, hinc veris Lyranus hæc refert ad immundum, qui immundus est ex contactu aquarum cineralium, sive expiationis. Hæc enim verba referenda sunt ad immediatè præcedentiâ, ubi dicitur: *Omnis qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit usque ad vesperum.* Mox enim subditur: *Quidquid tetigerit immundus*

## CAPUT XX.

1. Veneruntque filii Israel et omnis multitudo in desertum Sin, mense primo: et mansit populus in Cadès. Mortuaque est ibi Maria et sepulta in eodem loco.

2. Cùmque indigeret aquâ populus, convenerunt adversùm Moysen et Aaron:

3. Et versi in seditionem, dixerunt: Utinam perissemus inter fratres nostros coram Domino!

4. Cur eduxistis Ecclesiam Domini in solitudinem, ut et nos et nostra jumenta moriamur?

5. Quare nos fecistis ascendere de Ægypto, et adduxistis in locum istum pessimum, qui seri non potest, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malogra-

das (scilicet jam dictus, videlicet ex contactu aquæ expiationis) *immundum faciet*, adeò ut immunditatem suam alteri se tangenti afflet et communicet; hoc enim est quod subditur.

ET ANIMA QUÆ HORUM QUIPPIAM TETIGERIT, IMMUNDA ERIT USQUE AD VESPERUM. *Horum*, scilicet quæ hoc capite dicta sunt, videlicet vitulam rufam, sanguinem ejus, cineres, aquam lustrationis. Quicumque enim hæc tangebant, immundi erant usque ad vesperam, ut dictum est v. 7, 10 et 21; ita Abulens. Verùm quia hic versus pendet à præcedenti, eique ex æquo quasi respondet, hinc secundò genuinè Lyranus: Qui tetigerit, inquit, aliquid *horum*, scilicet qui tetigit immundus (qui immundus est ex contactu aquarum lustrationis) hic ex eorum contactu immundus erit usque ad vesperam. Aquæ enim hæc, utpote cinerale, atque ex fimi et pellis vitule combustionem confecta, licet expiatrix esset, censebatur tamen immunda, adeò ut qui eas tetigisset, non tantum esset immundus, sed et immunditiam suam aspergeret rebus omnibus, quas tangebant, ita ut qui illa ab eo tacta, idèòque polluta vicissim tangeret, pollueretur, fieretque immundus usque ad vesperam. Hunc esse sensum patet, tum ex connexionem sententiarum, tum ex textu Hebræo et Chaldæo, qui alium sensum non admittunt.

Nota. Hæc immunditiâ vespere per se, sine aliâ expiatione desinebat: aliquo enim in expiationibus progressus fuisset in infinitum. Ita Lyranus.

Denique tradunt Hebræi, et ex iis Burgensius, quòd sex tantum vacca rufæ fuerint immolatæ, per totam durationem utriusque templi, scilicet prima tempore Moysi per Eleazarum, de quâ hic dicitur, ejusque cineres durasse per totum templum primum: secundam tempore Esdræ, in principio templi secundî; alias autem duas immolasse Simeonem justum, diversis temporibus (fuit enim ipse pontifex per annos 80); alias denique duas immolatas esse per Joannem pontificem, qui fuit pater Mathathææ, à quo descenderunt Machabæi. Verùm difficile est creditu, quòd pauci unius vacca cineres, per tam multos spargendos, suffecerint tante, scilicet innumerabili penè multitudinî Judæorum: unius enim vacca cineres distribuebantur per totam Judæam. Singuli enim Judæi crebrò iis utebantur ad sui expiationem. Quare verisimilius est, quòd ait Lyranus, quotannis vaccam unam rufam immolatam fuisse.

## CAPITULUM XX.

1. An premier mois de la quatrième année après la sortie d'Égypte, toute la multitude des enfants d'Israël vint au désert de Sin, différent de celui de même nom où ils avoient déjà été; et le peuple demeura à Cadès. Marie mourut là, et fut enterrée et ensevelie au même lieu.

2. Et comme le peuple manquait d'eau, ils s'assemblerent contre Moïse et Aaron, à leur ordinaire.

3. Et ayant excité une sédition, ils leur dirent: Plût à Dieu que nous fussions périés avec nos frères devant le Seigneur!

4. Pourquoi avez-vous fait venir le peuple du Seigneur dans cette solitude, afin que nous mourions de soif, nous et nos bêtes?

5. Pourquoi nous avez-vous fait sortir de l'Égypte, et nous avez-vous amenés en ce lieu malheureux où

nata; insuper et aquam non habet ad bibendum?

6. Ingressusque Moyses et Aaron, dimissa multitudo, tabernaculum federis, corruerunt proni in terram, clamaveruntque ad Dominum, atque dixerunt: Domine Deus, audi clamorem hujus populi: et aperi eis thesaurum tuum, fontem aquæ vivæ, ut, satiat cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria Domini super eos.

7. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

8. Tolle virgam, et congrega populum, tu et Aaron frater tuus, et loquimini ad petram coram eis, et illa dabit aquas. Cùmque eduxeris aquam de petrà, libet omnis multitudo et jumenta ejus.

9. Tollit igitur Moyses virgam quæ erat in conspectu Domini, sicut præceperat ei,

10. Congregatâ multitudine ante petram, dixitque eis: Audite, rebelles et increduli: Num de petrà hæc vobis aquam poterimus eicere?

11. Cùmque elevasset Moyses manum, percussit virgâ bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita ut populus biberet et jumenta.

12. Dixitque Dominus ad Moysen et Aaron: Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israel, non introductis hos populos in terram quam dabo eis.

13. Hæc est aqua contradictionis, ubi jurgati sunt filii Israel contra Dominum, et sacrificatus est in eis.

14. Misit interea nuntios Moyses de Cadès ad regem Edom, qui dicerent: Hæc mandat frater tuus Israel: Nosti omnem laborem qui apprehendit nos;

15. Quo modo descenderint patres nostri in Ægyptum: et habitaverimus ibi multo tempore, afflicti: et hæc Ægypti, et patres nostros:

16. Et quo modo clamaverimus ad Dominum, et exaudierit nos, miserique angelum qui eduxerit nos de Ægypto. Ecce in urbe Cadès, quæ est in extremis finibus tuis, positi;

17. Obscuramus ut nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros nec per vineas, non bibemus aquas de puteis tuis, sed gradiemur viâ publicâ, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos.

18. Cui respondit Edom: Non transibis per me, aliquo armatus occurram tibi.

19. Dixeruntque filii Israel: Per tritam gradiemur visum: et si biberimus aquas tuas, nos et pecora nostra, dabimus quod justum est: nulla erit in pretio difficultas; tantum velociter transeamus.

20. At ille respondit: Non transibis, statimque egressus est obvius, cum infinitâ multitudine, et manu forti;

21. Nec voluit acquiescere deprecanti, ut conceder-

s. s. vi.

l'onne peut semer, où ni les figuiers, ni les vignes, ni les grenadiers ne peuvent venir, et où l'on ne trouve pas même d'eau pour boire?

6. Moïse et Aaron, ayant quitté le peuple, entrèrent dans le tabernacle de l'alliance; et s'étant jetés le visage contre terre, ils crièrent au Seigneur, et lui dirent: Seigneur Dieu, écoutez le cri de ce peuple, et ouvrez leur votre trésor; donnez-leur une fontaine d'eau vive, afin qu'ils ne désolent, ils cessent de murmurer. Alors la gloire du Seigneur parut au-dessus d'eux.

7. Et le Seigneur parla à Moïse, et lui dit: 8. Prenez votre verge, et assemblez le peuple, vous et votre frère Aaron; et parlez à la pierre devant eux, et elle vous donnera des eaux. Et lorsque vous aurez fait sortir l'eau de la pierre, tout le peuple boira, et toutes ses bêtes.

9. Moïse prit donc la verge qui était dans le tabernacle, devant le Seigneur, selon qu'il lui avait ordonné.

10. Et ayant rassemblé le peuple devant la pierre, il leur dit avec quelque sorte de dé fiance: Écoutez, rebelles et incrédules; pourrions-nous vous faire sortir de l'eau de cette pierre, après que vous vous en êtes rendus si indignes?

11. Moïse leva ensuite la main, et ayant frappé jusqu'à deux fois la pierre avec sa verge, au lieu de se contenter de lui parler, comme le Seigneur lui avait ordonné, il en sortit une grande abondance d'eau, en sorte que le peuple eut à boire, et toutes ses bêtes aussi.

12. En même temps le Seigneur dit à Moïse et à Aaron: Parce que vous ne m'avez pas cru et que vous ne m'avez pas sanctifié devant les enfants d'Israël, en parlant seulement à la pierre, comme je vous l'avois ordonné, vous ne ferez point entrer ces peuples dans la terre que je leur donnerai.

13. C'est là l'eau de contradiction, où les enfants d'Israël murmurèrent contre le Seigneur, et où il fit paraître sa puissance et sa sainteté au milieu d'eux, par le miracle qu'il fit en leur faveur, et par le châtiment qu'il exerça sur Moïse.

14. Cependant Moïse envoya de Cadès des ambassadeurs au roi d'Édom, qui commandait sur les peuples voisins du mont Horeb, pour lui dire: Voici ce que votre frère d'Israël vous demande: Vous savez tous les travaux que nous avons soufferts depuis que nous nous sommes séparés d'avec vous:

15. De quelle sorte nos pères étant descendus en Égypte, nous y avons habité longtemps, et que les Égyptiens nous ont affligés, nous et nos pères;

16. Et comment enfin, ayant crié au Seigneur, il nous a exaucés, et a envoyé son ange, qui nous a fait sortir de l'Égypte. Nous sommes maintenant en la ville de Cadès, qui est à l'extrémité de votre royaume.

17. Nous vous conjurons de nous permettre de passer par votre pays. Nous n'irons point au travers des champs, ni dans les vignes, et nous ne boirons point des eaux de vos puits; mais nous marcherons par le chemin public, sans nous détourner ni à droite, ni à gauche, jusqu'à ce que nous soyons passés hors de vos terres.

18. Le prince d'Édom, d'un caractère bien différent de celui qui commandait sur le mont Séir, et qui avoit traité si favorablement les Israélites, leur répondit: Vous ne passerez point sur mes terres, autrement j'irai en armes au-devant de vous.

19. Les enfants d'Israël lui répondirent: Nous marcherons par le chemin ordinaire, sans nous arrêter ni à droite, ni à gauche, et si nous buvons de vos eaux, nous et nos troupeaux, nous paierons ce qui sera juste, il n'y aura point de difficulté pour le prix; souffrez seulement que nous passions sans nous arrêter.

20. Mais il répondit: Vous ne passerez point. Et aussitôt il marcha au-devant d'eux avec une multitude infinie qui faisoit une puissante armée.

21. Et quelques prières qu'on lui fit, il ne voulut point les écouter, ni accorder le passage par son pays; c'est pourquoi Israël se détourna de ses terres, et ne



IN CONSPECTU DOMINI, quae reposita erat in tabernaculo. Virga haec erat Mosi, tot portentorum operatrix, non autem Aaronis quae fronduerat: haec enim tantum erat signum sacerdotii Aaroni consignati, atque ad ejus rei testimonium reposita fuit iuxta arcam federis, ita aliqui. Verum, cum constet virgam Aaronis repositam esse in tabernaculo, de Mosi virgâ nesciatur, quoniam devenerit, hinc certissimè hic intelligemus virgam Aaronis, non Mosi.

VERS. 11. — CUMQUE ELEVASSET MOYSES MANUM, PERCUTIENS VIRGAM BIS SILICEM, EGRESSAE SUNT AQUAE LARGISSIMAE. Alia est haec petra, et percussio, ab illâ Exodi 17, 6. Illa enim in Raphidim, juxta Sinai, anno secundo, haec in Cades anno quadragesimo contigit. Rursùm Deus hic se solo supernaturaliter aquas produxit ex petrà, aërem vicinam in aquas convertendo; in Raphidim verò, venam subterraneam aquarum in lapidem à Mose percussum elicit, quae lapidem findens, ex eo prosiliet, idque assidue et continuo. Tradunt enim Cosmographi, in Raphidim fontem hunc petrae, à Mose percussae, perdurare, aquasque continue scaturire, inquit Abulens. Ita Theodosius Abbas praeco praemisit, virgâ petram percussis, ex ea fontem perennis aquae elicit, qui per aquae ductus vicinam monasterium ab eo aedificatum in loco arido irrigabat. Hic fons postea, lavacro in monasterio extracto, exaruit; sed eo destructo, rursùm fluere coepit. Deus enim uti suis non deest in necessariis, ita non redundat in superfluis. Testis est Theodor. in Philotheo c. 10.

Allegoricè, petra est Christus, 1 Corinth. 10, 5; aqua est gratia spiritualis à Christo profluens, virga est crux Christi; bis percussit, quia duo ligna transversa sunt crux. Moses Judaeorum typum gerit: sicut ergo Moses petram virgâ percussis de Dei virtute dubitavit; ita ille populus, qui sub lege per Mosén datâ tenebatur, Christum ligno crucis affigens, eum virtutem esse Dei non credit; sed sicut percussâ petrà manavit aqua sitientibus, et sanctificatus est per eam Deus; sic plagâ Dominicae passionis effecta est vita credentibus; crux ergo aquam elicit, incredulis contradictionis, credentibus sanctificationis, inquit S. August. hic q. 33, et l. 16 contra Faustum 15, et Rupert.

VERS. 12. — QUA NON CREDIDISTIS MIHI UT SANCTIFICARETIS ME CORAM FILIIS ISRAEL, NON INTRODUCEBIS ILOS POPULOS IN TERRAM QUAM DABO EIS.

QUERES QUONIAM fuit hic incredulitas, vel peccatum Mosi? Respondent primò aliqui, illud fuisse, quod bis percussit petram, cum semel tantum debuisset.

Secundò alii, quòd populo id petente, petram aliam ab eâ quam Dominus designarat, percussit; et hoc esse quod ait Moses: *Namquid de petrà hâc* (quam scilicet vos, ô Hebraei, designatis, non Dominus) *vobis poterimus aquam elicere?* Ita Rabbinii.

Tertio alii, quòd locutus sit, non petrae, sed jussisset Dominus, sed populo, cum objurgando et exacerbandò, vocans eum incredulum et rebellem: unde populus irritatus, videns licet miraculum aquarum, non san-

ctificavit tamen Dominum, cum laudando, eique gratias agendo. Ita Abulens, Theodoret., Oleast., Lyran., estque haec sententia satis probabilis. Durum enim est et difficile creditu, quòd Moses de Dei virtute dubitavit, cum toties eam in tot portentis esset expertus.

Quartò alii, quòd concitator, et indignans populo murmuranti, ambiguo protulerit interrogando: *Namquid*, etc., quae absolute et affirmative proferre debuisse, dicendo: *Petra, da aquas*: et hoc est, quod de Mose dicitur Psal. 105, 34: *Distinxit in labiis suis*, id est, aliter protulit verba Dei, quam profcrenda erant.

Quintò et genuinè, peccatum Mosi fuit, quòd ipse jam plane senescens (senes enim facile concitantur ad bilem, impatientiam, diffidentiam et pusillanimitatem) irritatus aequè, ac dejectus et perturbatus novo et insolito murmure populi (haecentis enim ab anno secundo, usque ad annum quadragesimum, quo haec gesta sunt, nullum populi murmur legitimus) dubitaret petram percussit: non quòd dubitaret de Dei potentia, aut fidelitate in se; ipse enim ex fidei zelo, incredulitatem populi hic arguit, atque in multo majoribus portentis à se editis, adeoque in simili percussione petrae in Raphidim, Deo crederet, Exodi 17, v. 6; sed quòd populum tam rebellem, Deumque ita irritantem, indignum judicaret hoc miraculo, ac proinde dubitaret an Deus illud esset facturus, et an id verè promississet, an tantum per ironiam et sarcasum; vel conditionatè, si videlicet Hebraei cessent murmurare, et credant Deum ex petrà daturum aquas. Jam verò videns eos incredulos, dubitantes petram percussit, quasi impossibile aut improbabile esset, ex petrà aquam prodire pro tam incredulis. Hanc enim dubitationem planè significant verba Mosi: *Audite, rebelles et increduli, nun de petrà hâc vobis aquam poterimus elicere?* Quid clarior? Deus autem non ironice, nec conditionatè, sed verè et absolute promississet se ex petrà elicituram aquam, quâ sitim exlerent tam Hebraei, quam eorum pecora. Rursùm ipsam clarè significant verba Dei ad Mosén et Aaronem v. 12 et 24: *Quia non creditistis mihi. Peccarunt ergo aliqui incredulitate, dubitatione et diffidentia circa aquam à Deo promissam. Ita S. August. q. 19, Raban., Rupert., Cajetan. et alii.*

Permisit Deus hunc Mosi lapsam, ut in tanto honoris et virtutum fastigio recordaretur se esse hominem, id est, labilem et infirmum, non angelum, non Deum; nam omnium memoriam habere et in nullo penitus errare, divinitatis potius quam mortalitatis est, ait Justinianus Imp. Utque hoc ejus exemplo Sancti, qui diligentissimè servierunt Deo, maximè Praelati, se humiliter, timentes, dicentesque sibi: *Qui stat, videat ne cadat*; ut cum metu et tremore pergant salutem suam operari, tanquam qui de perseverantia siti incerti, etiam ipso ultimo die vitae suae. In senio accidit Salomon sapientissimus mortalium, Origenes, Tertullianus, Lucifer Calaritanus; qui et quales viri! Oremus ergo assidue: *Cum defecerit virtus mea, usque in senectam et senium, Deus, ne derelinquas me.* Hoc nos docet lamentabilis hic Mosi lapsus in fine vitae, qui

esto non fuerit culpa lethalis, cum tamen à terra sancta ita desiderata exclusit. Mors enim illi fuit irrogata non tam à sententiâ Dei, quam à necessitate naturae fatigentis et deficientis; jam enim agebat annum actatis 120. Idem dico de Aaron ejus fratre: hic enim Mose tribus annis erat scior. Debebat ergo uterque citò mori, sed Deus fecit, ut uterque moreretur ante ingressum terre sanctae jam instantem: quia ille utrumque per sententiam excluderet. Secundo, permisit hunc Mosi lapsam Deus, ob causam et significationem allegoricam, quae fuit, quòd Deus animo destinaret Josue successorem Mosi, ut scilicet ipse, quasi typus Jesu Christi, induceret populum in terram promissam.

Allegor, ergo Moses legis, Josue Christi figuram gerit; itaque sicut Moses populum eduxit ex Aegypto, Josue verò eundem in Chanaan introduxit, ita lex ab impietate liberat credentes, Evangelica autem gratia introducit eos in regnum colorum. Ita Theodor. q. 45 in Deuter. et S. Aug. hic q. 55, qui ait: *Cum ambo- bus fratribus, Mosi et Aaron dicitur, ut apponatur ad populum suum, patet non esse illos in ira Dei, quae separât à pace societatis aeternae. Unde manifestatur, non solum officia, sed etiam mortes eorum, signa fuisse futurorum, non supplicia indignationis Dei.* Ubi planè significat S. August. hoc Mosi peccatum leve et veniale fuisse, adeoque mortem ei non tam supplicium quam castigationem fuisse, quae magis esset signum et significatio rei futurae, jam dicta: idque omninò est verissimillimum.

UT SANCTIFICARETIS ME CORAM FILIIS ISRAEL, ut iis ostenderetis me esse sanctum, omnipotentem, veracem et clementissimum, qui etiam impiis et ingratis praestem ea, uti haecentis me saepius fecisse meminisse potestis et debetis, quae promisi, videlicet aquam de petrà.

Nota. Fideles qui in rebus perplexis et arduis sperant in Deum, atque cum Abrahamo contra spem in spem credunt, hi sanctificant Deum; vult enim Deus magna à se sperari: hinc ait Sapient. 1: *Sentite de Domino in bonitate.*

NON INTRODUCEBIS ILOS POPULOS IN TERRAM QUAM DABO EIS, puta in ipsam Chanaanam, trans Jordanem: nam aliqui Moses intravit in terram promissam, eis Jordanem sitam, videlicet in regna Og et Schon, eaque dedit tribui Ruben, Gad, et dimiditae tribui Manasse: sed non transivit Jordanem in Chanaan, ad terram promissam ceteris omnibus tribubus, cujus termini circumscriptur Numer. 34. Ita Abulens. quest. 48; et S. August. Fuit haec insignis poena et mortificatio Mosi, quòd terram promissam lacte et melle manantem, adeò concupitam videre non potuerit, quòdque ductatis sui longissimi et molestissimi sine et fructu frustratus fuerit. Ita Deus S. Xaverium aliosque Sanctos in ipsa morte mortificavit, ut plenè mundo et sibi mori, Deoque vivere discerent, utque hoc suarum levium culparum habentem purgatorium, quo expiati mox in caelum evolant.

VERS. 15. — HEC EST AQUA CONTRADICTIONIS, litigii

et contentiosis (haec enim omnia significat Hebraeum *meriba*) ubi contradixerunt et inmuturabant.

UT JURGATI SUNT FILII ISRAEL CONTRA DOMINUM, ET SANCTIFICATUS EST IN EIS, id est, sanctus, verax, fidelis, clemens et liberalis declaratus est, dando eis, licet incredulis et rebellibus potum aque, itaque superando et confundendo incredulitatem eorum. Ita Dei sanctitatem imitantur, qui inimicos disigunt, et vincunt in bono malum.

VERS. 14. — MISIT INTEREA NUNTIOS MOYSES DE CADES AD REGEM EDOM (Cades enim vicinum erat Idumaeae, per quam transeundum erat Hebraeis, recta iteris in Chanaan) QUI DICERENT: HEC MANDAT (haec nobis in mandatis dedit, ut tibi dicemus. Unde Hebr., Chald. et Septing. habent: *Haec dicit*) FRATER TUUS ISRAEL, frater tuus Jacob, puta Jacobaei, sive posterì Jacobi, qui sunt fratres vestri: parens enim eorum Jacob, fuit frater Esau, qui fuit parens vestrorum, omniumque Idumaeorum.

VERS. 16. — MISERITQUE ANGELUM, ducem nostrum, nos praecentem in columnâ nubis.

ECCE IN URBE CADES POSITI. In, id est, juxta: non enim verisimile est Hebraeos in deserto urbes esse ingressos, id enim non permisissent necesse, timentes sibi ab Hebraeis: urbes etiam non incoleant tantam hominum multitudinem. Ita Abulens.

VERS. 17. — NON BIBEMUS AQUAS DE PUTRIS TUIS, gratis scilicet et sine pretio, sed pretio eas ememus, ut dicitur v. 19. Est enim in desertis illis magna siccitas et aquarum penuria: unde ne Idumaei suis aquis extra urbes existentibus, quibus ad sitim suam et pecorum indigentiam, timent, spondent Hebraei se aquas eorum non bibituros, nisi iis volentibus, et dato pretio.

VERS. 19. — CUI RESPONDIT REX EDOM: NON TRANSIBIS PER ME, per meam ditonem.

VERS. 20. — STATIMQUE EGRESSUS EST OBVIUS CUM INFINITA MULTITUDINE, heb. *cum populo gravi*, id est, denso, numero et plurimo, quem vulgò vocamus infinitum, et MANU FORTI, magno robore militum.

VERS. 21. — QUAMOREM DIVERIT AB EO ISRAEL, ita scilicet, ut reflexo cursu circumiret Idumaeam ad latus orientale, ac consequenter partem aliquam Idumaeae necessariò transire debuisset, ut veniret in Moab et Ammon, et inde in Chanaan. Hoc enim est quòd dicitur Deut. 2, v. 4 et 8: *Cianque transissemus fratres nostros, filios Esau.*

VERS. 22, 23 et 24. — CUMQUE CASTRA MOYSESSENT DE CADES, VENERUNT IN MONTEN HOR, ubi LOCUTUS EST DOMINUS AD MOYSEN: PERGAT AARON AD POPULOS SEOS, q. d.: Moriatur Aaron, et ad patres suos justos in limbum transeat, usque aggregetur: hoc enim innuit illa phrasit, peregre, vel congregari ad populum suum, adeoque ferè tantum de justis dicitur.

VERS. 26. — CUMQUE NUDAVERIS PATREM VESTE SUA. Hinc patet Aaronem induisse vestes pontificales in castris, atque inde ita indutum exivisse in montem Hor, ut cum decore et gloria occumberet, utque in monte haec vestes exneret, usque Eleazarum, primogenitum Aaronis filium, indueret Moses, uti et fecit, itaque Elea-

zarum hoc solo vestitionis ritu, sine aliâ unctione vel consecratione, in monte hoc consecravit pontificem, et patris successorem. Ita Abulens. Id factum est præter legem et morem. Primò enim, vivente patre, filius in lege veteri non poterat fieri pontifex. Erat enim hæreditarius et perpetuus pontificatus apud Judæos, ita ut ne ipsi quidem parentes eum in filios resignare possent, quamvis officio fungi poterant. Secundò, quòd extra tabernaculum et castra, idque solâ vestitione vestium pontificalium, Eleazarus consecratus sit pontifex. Eleazarus verò, utpote primogenitus, debebat suscipere pontificatum, nec poterat eum in fratrem Ithamar rejicere: quia jusserat Deus ut primogeniti patri succederent in pontificatu, eumque susciperent, sibi que in eo deservirent, nisi haberent maculam, de qua Levit. 21, 17.

VERS. 29. — ILLI MORITO IN MONTIS SUPERILIO. Moritur Aaron anno quadragesimo ab egressu ex Ægypto, ætatis 125, in mense quinto, ut dicitur Numer. 35, 38; idque extra castra, uti et Moses; ne Hebræi in idola proni, eos, eorumque corpora, quasi numina colerent; atque in monte Hor, id est, in monte montis, ut dignus locus meritis ejus monstraretur, inquit S. Hieron. ad Fabiol. de 42 mansion. in 54. Aaron enim hebraicè idem est quòd montanus, qui in monte rectè moritur: quia ut mons, cæteris superavit, tam officio quàm virtute. Hinc patet Aaronem in morte habuisse hæc tria privilegia. Primum, quòd mortuus sit nullo præventivo vulnere, morbo, aut tacto vitæ, sed in plèna sanitate (sanus enim et validus conscendit montem Hor) quasi dormiens de vitâ hæc assumptum sibi succedere, quòd viderit filium suum Eleazarum sibi succedere, vestibusque pontificalibus indui;

## CAPUT XXI.

1. Quod cum audisset Chanaanæ rex Arad, qui habitabat ad meridiem, venisse scilicet Israel per exploratorum viam, pugnavit contra illum, et victor existens, duxit ex eo prædam.
2. At Israel vultu se Domino obligans, ait: Si tradideris populum istum in manu meâ, delebo urbes ejus.
3. Exaudivitque Dominus preces Israel, et tradidit Chanaanem, quem ille interfecit, subversis urbibus ejus: et vocavit nomen loci illius Horna, idest, anathema.
4. Profecti sunt autem et de monte Hor, per viam que ducit ad mare Rubrum, ut circumirent terram Edom. Et tedere cepit populum itineris ac laboris.
5. Locutusque contra Deum et Moysen, ait: Cur eduxisti nos de Ægypto, ut moremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ; anima nostra jam nanscat super cibo isto levissimo.
6. Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas et mortes plurimorum.
7. Venerunt ad Moysen, atque dixerunt: Peccavimus, quia locuti sumus contra Dominum et te: ora ut tollat a nobis serpentes. Oravitque Moyses pro populo.
8. Et locutus est Dominus ad eum: Fac serpentem æneum, et pone eum pro signo: qui percussus aspexit eum, vivet.

itaque pontificem consecrari. Tertium, quòd in presentia et quasi in gremio charissimi fratris sui Moysis, et filii Eleazari expiravit, illique ipsi oculis clausuravit; nec verò Moses et Eleazarus assistentes Aaroni morienti, inde legalem immunditiam contraxerunt, quia Deus, hoc ipso quòd jubebat egs assistere morienti, in hæc lege et legali immunditiâ dispensabat. Ita Abulens.

Addit quartum R. Salomon, cui credat qui volet, quòd isti tres, scilicet Moses, Aaron et Eleazarus, ascendentes in montem Hor, invenit speluncam, et lectum paratum, et lampadem ardentem, uti solet mortuis aptari, indeque cognoverit Moses, illum locum à Deo esse paratum pro dormitione Aaronis. Extus ergo vestibus, et induto Eleazaro, incubuit Aaron lecto, et clausis oculis susceptus est à Domino in pace: Moses autem videns mortem ita placidam, desideravit similem, quæ et ei promissa est cap. 27, 15; et Deut. 32, 50.

VERS. 30. — OMNIS AUTEM MULTITUDO VIDENS OCCURRISE AARON, FLEVIT SUPER EO TRIGINTA DIEBUS. Ita et Mosen defunctum flevit triginta diebus, Dent. ult., et Joseph cum suis planxit Jacobi patris mortem 30 diebus.

Dices: Genes. 50, 5, dicitur Joseph eum planxisse 70 diebus. Respondo: Ex hisce 70 diebus primi 40 pertinerunt ad condidendum corpus aromatizatum, juxta morem Ægyptiorum, ut patet ibidem v. 5, triginta verò ultimi propriè erant plangentis. Ad hoc ergo tricenario dierum accepit Ecclesia morem pro defunctis faciendi tricennaria, id est, triginta dierum memoriam, preces et elemosynas. Ita Abulens.

## CHAPITRE XXI.

1. Arad, roi des Chanaanéens, qui habitait vers le midi de la terre de Chanaan, ayant appris qu'Israël était venu par le chemin des espions, combattit contre Israël; et l'ayant vaincu, il en emporta les dépouilles.
2. Mais Israël s'engagea par un vœu au Seigneur, en disant: Si vous livrez ce peuple entre mes mains, je ruinerai ses villes.
3. Le Seigneur exauça les prières d'Israël, et lui livra les Chanaanéens, qu'il fit passer au fil de l'épée, ayant détruit leurs villes; et il appela ce lieu Horna, c'est-à-dire, anathème.
4. Ensuite ils partirent de la montagne de Hor, et ils prirent par le chemin qui mène à la mer Rouge pour aller dans la terre de Chanaan, en tournant tout autour du pays d'Edom. Et le peuple commença à s'ennuyer du chemin, qui était fort long, et du travail, qui était fort grand.
5. Parla contre Dieu et contre Moïse, et lui dit: Pourquoi nous avez-vous fait sortir de l'Égypte, afin que nous mourrussions dans ce désert? Le pain nous manque, nous n'avons point d'eau, le cœur nous soulève maintenant à la vue de cette chétive nourriture.
6. C'est pourquoi le Seigneur envoya contre le peuple des serpents, dont la morsure brûlait comme le feu: plusieurs en ayant été blessés ou tués,
7. Ils vinrent à Moïse, et lui dirent: Nous avons péché, parce que nous avons parlé contre le Seigneur et contre vous. Priez-le qu'il nous délivre de ces serpents. Moïse pria donc pour le peuple,
8. Et le Seigneur lui dit: Faites un serpent d'airain, et mettez-le au bout d'une pique, pour servir de signe. Quiconque étant blessé des serpents le regardera, sera guéri.

9. Fecit ergo Moyses SERPENTEM æneum, et posuit eum pro signo: quem cum percussus aspicerent, sanabantur.
10. Profectique filii Israel, castrametati sunt in Oloth:
11. Undè egressi, fixere tentoria in Jebsirim, in solitudine, quæ respicit Moab, contra orientalem plagam.
12. Et inde moventes, venerunt ad torrentem Zared,
13. Quem relinquentes, castrametati sunt contra Arnon, quæ est in deserto, et prominet in finibus Amorrhæi; siquidem Arnon terminus est Moab, dividens Moabitas et Amorrhæos.
14. Unde dicitur in libro bellorum Domini: Sicut fecit in mari Rubro, sic faciet in torrentibus Arnon.
15. Scopuli torrentium inclinati sunt, ut requiescerent in Ar, et recumbarent in finibus Moabitarum.
16. Ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est Dominus ad Moysen: Congrega populum, et dabo ei aquam.
17. Tunc cecinit Israel carmen istud: Ascendat puteus. Concinebant:
18. Puteus quem foderunt principes, et paraverunt duces multitudinis in datore legis, et in baculis suis. De solitudine, Matthæa.
19. De Matthana in Nahaliel: de Nahaliel in Bamoth.
20. De Bamoth, vallis est in regione Moab, in vertice Phasga, quod respicit contra desertum.
21. Misit autem Israel nuntios ad Sehon, regem Amorrhæorum, dicens:
22. Obsecro ut transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros et vineas, non bibemus aquas ex puteis, viâ regiâ gradiemur, donec transeamus terminos tuos.
23. Qui concedere noluit ut transiret Israel per fines suos: quin potius exercitu congregato, egressus est obviam in desertum, et venit in Jasa, pugnavitque contra eum.
24. A quo percussus est in ore gladii, et possessa est terra ejus ab Arnon usque Jeboc, et filios Ammon: quia forti præsidio tenebantur termini Ammonitarum.
25. Tulit ergo Israel omnes civitates ejus, et habitavit in urbibus Amorrhæi, in Heschon scilicet et viculis ejus.
26. Urbs Heschon fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnavit contra regem Moab; et tulit omnem terram, quæ ditionis illius fuerat usque Arnon.
27. Idcirco dicitur in proverbio: Venite in He-

9. Moïse fit donc un SERPENT D'AIRAIN, et il le mit au bout d'une pique pour servir de signe; et ceux qui, ayant été blessés, le regardaient, étaient guéris, non par le serpent qu'ils voyaient, mais par le Sauveur, dont il était la figure.
10. Les enfans d'Israël étant partis de ce lieu, campèrent à Oloth:
11. Bon étant sortis, ils dressèrent leurs tentes à Jebsirim, dans le désert qui regarde Moab, vers l'orient.
12. Ayant décampé de ce lieu, ils vinrent au torrent de Zared.
13. Qu'ils laissèrent; et après quelques jours de marche, ils campèrent vis-à-vis le torrent d'Arnon, qui est dans le désert de Cademoth, et qui touche à la frontière des Amorrhéens. Car Arnon est à l'extrémité de Moab, et sépare les Moabites des Amorrhéens.
14. C'est pourquoi il est écrit dans le livre qui contient des nouvelles plus détaillées des guerres du Seigneur: Il fera dans les torrents d'Arnon ce qu'il a fait dans la mer Rouge.
15. Les rochers où est la source des torrents qui forment l'Arnon se sont abaissés pour donner à son peuple le moyen de descendre vers Ar, et se reposer sur les confins des Moabites, que ce fleuve sépare d'avec les Amorrhéens.
16. Au sortir de ce lieu, comme les Israélites manquaient d'eau, parut un puits dont le Seigneur parla à Moïse, en lui disant: Assemblez le peuple, et je lui donnerai de l'eau. En effet le Seigneur leur découvrit ce puits.
17. Alors Israël chanta ce cantique: que le puits monte. Et ils chantaient tous ensemble: Puits, montez, élevez vos eaux, afin que nous soyons pleinement désaltérés.
18. C'est le puits que les princes ont creusé, que les chefs du peuple ont préparé par l'ordre de celui qui a donné sa loi, qu'ils ont, dis-je, creusé et préparé en découvrant, avec leurs bâtons, le lieu où il était caché. De ce désert, le peuple vint à Matthana.
19. De Matthana à Nahaliel; de Nahaliel à Bamoth.
20. De Bamoth on vient à une vallée dans le pays de Moab, près de la montagne de Phasga, qui regarde le désert de Cademoth.
21. Israël envoya de là des ambassadeurs à Sehon, roi des Amorrhéens, pour lui dire:
22. Nous vous supplions de nous permettre de passer par votre pays: nous ne nous détournerons ni dans les champs, ni dans les vignes; nous ne boirons point de l'eau de vos puits; nous n'irons point dans vos maisons, ni dans vos champs pour en puiser; mais nous marcherons par la voie publique, jusqu'à ce que nous soyons passés hors de vos terres.
23. Sehon ne voulut point permettre qu'Israël passât par son pays, et ayant même assemblé son armée, il marcha au-devant de lui dans le désert, vint à Jasa, et lui donna la bataille.
24. Mais il fut tué en pièces par Israël, qui se rendit maître de son royaume, depuis Arnon jusqu'à Jeboc, qui en était la dernière place, et jusqu'aux confins des enfans d'Ammon, que les Israélites n'attaquèrent point; car, outre que Dieu le leur avait expressément défendu, la frontière des Ammonites était encore défendue par de fortes garnisons.
25. Israël prit donc toutes les villes de ce prince, et il habita dans les villes des Amorrhéens, c'est-à-dire, dans Heschon, et dans les bourgs de son territoire.
26. Car la ville d'Heschon, autrefois du domaine des Moabites, appartenait alors à Sehon, roi des Amorrhéens, qui avait combattu contre le roi de Moab, et lui avait pris toutes les terres qu'il possédait jusqu'à Arnon.
27. C'est pourquoi on dit en proverbe chez les Amorrhéens: Allez, venez à Heschon; que cette ville, qui est maintenant la ville de Sehon, s'éleve et se bâtitse,